



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 5. De Ordine in Charitate asseruando.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

Secl. I. De Charitate, Recept. Sentent. 121

¹⁰ Dixi, Communitur loquendo. Nam in quesi-
dam casibus potest esse obligatio, signa parti-
cularia exhibendi. Primus est, si aliunde hac
sint debita, ut pater in filios, dominus in ser-
vos, vir in uxorem, & e contra. Secundus est,
si non exhibendo talia signa, scandalum, li-
cet hoc sit per accidens, sequeretur. Tertius,
quando ex tali signo exhibendo salus spiritua-
lis inimici probabiliter speraretur. Huiusmodi
vero signa non sunt aequaliter omnibus exhi-
benda, sed prudentum arbitrio habita persona-
rum ratione Fill. tr. 1. 8. n. 19. & 20.

¹¹ Sub lite est (ad sectionem secundam perti-
nente) num tenemur inimicum nobis occur-
rentem salutare. Sine lite vero affirmo, teneri
nos inimicum resalutare, si nos ipse saluter.
Quia resalutatio est signum dilectionis com-
mune: & quia vix posset resalutatio sine scan-
dalo omitti. Peccabit igitur non resalutans, nisi
secula inimicitia non soleret ille salutantem
non resalutare, qui casus rarus est, & solum ha-
bere potest locum in homine tibi longe infe-
rioris: tunc enim resalutationis omisso neque
contemptus, neque odij poterit esse documen-
tum. Bonac. de Charit. d. 3. q. 4. pun. 3. n. 4. Palao
de Charit. tr. 6. d. 1. n. 6. n. 6. Suar. de Charit. d.
5. sect. 5. n. 8. Villalob. part. 2. summ. tract. 3. diffi-
c. 6. num. 5.

¹¹ Si autem roges quale peccatum erit inimi-
cum non resalutare? Respondeo, si persona est
superioris ordinis, ut pater, Praelectus, aut nobi-
lis respectu piebei, non esse mortale eum salu-
tantem non resalutare. Quia negatio resaluta-
tionis huiusmodi non adscribitur contemptui,
nec inde affolet scandalum oriri. Imo nullum
in hoc casu esse peccatum, si persona eminentior
instans haberet causam non resalutandi, ut
ad reprimendam salutantis audaciam, vel ad
correctionem, modo non adest scandalum.
At si persona salutata non sit longe superioris
ordinis, non resalutantem graviter delinquere
reor. Quia regulariter scandalum oboritur, &
magna in eo, cui resalutatio negatur, contrista-
tio. Certe in Hispania vix non resalutantem
à lethali excusare audeam. Led. tr. 3. de Charit.
c. 6. concl. 5. Azor. tom. 2. l. 1. c. 3. q. 4. Bonac. de
Charit. d. 3. q. 4. pun. 3. n. 4. Syluest. v. Charitas, q.
6. Filliuc. tr. 2. 8. n. 2. 1. adiciens probabile esse,
teneri nos ad inimicum salutandum, quando
antea soliti eramus praevenire, saltem quando
ex omissione scandalum sequeretur.

¹¹ Inimico veniam petenti, tenemur, deposito
odio, offensam dimittere, quod certum est, etiā
si non petat. Quia non licet odio alterum pro-
sequi, aut malum ei exoptare absque honesto
fine. Si autem petat, non solum tenemur, ei
noxam remittere, sed & reconciliationis, ac
benevolentiae signa exhibere generalia, iuxta
personae conditionem. Non tamen tenemur
specialia amoris documenta ostentare, nec
eum ad familiarem consuetudinem admittere;
sed sufficit esse animo parato ad illa, si opus
fuerit, praestanda. Imo aliquando praes-
tat, eum ab huiusmodi familiaritate ex-
cludere, si ex familiari nostro sermone in-
solentior, obstinatiorque fiat. Si tamen
ex talium signorum subtractione aliorum
sequatur offensio tenemur ea praestare. Caiet.
2. 2. q. 15. a. 9. Syluest. v. Charitas, qu. 6. Nauarr.
summ. c. 14. n. 25. & alij communiter.

Escol. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

Verum non tenemur inimico damnū illa-
tum in honore, fama, aut bonis temporariis
remittere, sed possumus satisfactionem ordine
iuris servato, & deposito odio, repetere. Quia
tenetur inimicus hac praestare, etiam si non
petatur. Sic nec tenemur remittere poenam
taxatam in pecunia, cum is, qui nos offendit,
est solvendo: secus si solvendo non sit. Imo ali-
quando non licet praefatam satisfactionem
condonare, quando scilicet ad ipsosmet perti-
net actio contra iniuriantem: sic marito, patris,
Praelato aliquando nō licet condonare satisfactio-
nem pro iniuria uxori, filio, seruo, vel Religioso
illata. Porro saepe erit conveniens Reipublice,
ne offensus ab accusatione desistat. Quia illo
remittente, assolent criminosi facile à Iudice
veniam impetrare, & audaciores ad si-
milia perpetranda flagitia reddi. Azor. tom. 2.
l. 1. c. 3. q. 3. & 7. Villalob. p. 2. tr. 3. diff. 6. n. 11. Nau.
summ. c. 14. n. 25. Syluest. v. Charitas, qu. 6. Suar. de
Charit. d. 5. sect. 5. fine. Bonac. de Charit. d. 3. q. 4.
pun. 3. n. 5. Sanci in secl. d. 2. n. 11. Palao de Ch.
tr. 6. d. 1. pun. 9.

Volens quis aliquibus beneficia conferre
ex bonis propriis, potest, secundo scandalo, ab
illis inimicum excludere. Quia sicut, praecisa
inimicitia, non tenebatur, in eum beneficia
conferrenta neque, posita inimicitia, tenebi-
tur; inimicus enim ob inimicitiam non est me-
lioris effectus conditionis. At si bona sint com-
munia, aut conferenda ex alterius voluntate,
non potest inimicus excludi, si ad illa bona ius
habeat ex propriis meritis, aut ex voluntate il-
lius, cuius bona sunt distribuenda. Quia non
datur personarum exceptio, nec ius alterius
violari potest absque violatione iustitiae. Bon.
to. 2. d. 3. q. 4. pun. 3. D. Th. 2. 2. q. 2. a. 8. legēdas,

Deum qui alij iniuriam intulit, tenetur
veniam petere, quando offensus est illi notus,
& id per se, vel per alium praestare valet. Mar.
5. Si offers munus tuum, &c. vade prius reconciliari
fratri tuo. Quia id ratio iustitiae postulat.
Quod si mutuo se aliqui offendunt, tunc si
offensus aequalis gravitatis sit tenetur reconcili-
ationem petere, qui prius offendit, dum cae-
tera sint paria: si inaequalis, tenetur ille, qui
gravius offendit. Nauarr. summ. c. 14. n. 15. Bo-
nacin. de Charitat. d. 3. qu. 4. punct. 3. Palao tract.
6. de Charitat. d. 1. punct. 6. num. 10. Bonacin. nu-
mero 6. Filliucius tract. 28. num. 27. Azor. tom. 2.
l. 1. c. 3. q. 10.

CAPVT V.

De Ordine in Charitate asseruando.

IN bonis spiritualibus tenetur
quisque, magis sibi subuenire,
quam proximo. Quia delectio
tui est regula dilectionis proxi-
mi. D. Thom. 2. 2. q. 26. art. 4. Va-
lencia tomo tertio, disputatione tertia, quaestione
quarta, puncto tertio, Suarius de Charit. d. 9. sect.
1. num. 2. Palao tract. 6. de Charitat. d. 1. punct. 7.
num. 2.

L In

²⁴ Non tenemur
damnum
illatum in
fama, vel
temporariis
bonis remit-
tere ei, iure
servato.

²⁵ Quoniam
modo possit
inimicum à
bonis confe-
rendis ex-
cludere, quo-
nam modo
non possit

²⁶ De venia
petenda ab
eo, cui iniu-
ria fuit il-
lata.

²⁷ In spiri-
tibus tene-
ris, prius ti-
bi subueni-
re, quam
proximo.

28.
Quid in
temporariis
bonis.

In bonis temporalibus, quae quisque sibi, & proximo velle tenetur, ut est vita, talis, &c. si bona sint inter se aequalia, tenetur homo seipsum magis diligere: quam proximum sibi parum. Si vero bona sint inaequalia, poterit magis proximo, quam sibi succurrere: verbi gratia, magis sibi velle paupertatem, vel aegrotum esse aliquo tempore, quam ut proximus moriatur, vel toto vitae tempore aegritudine affici. Si autem superior esset proximus vel persona publica, prius ille erit succurrendus. Fillius. *tr. 28. n. 32. Trul. l. i. Decal. c. 5. d. 6. n. 9.*

29
Quando
liceat pro
alio privato
mori.

Ex charitate, qua quisque magis amat vitam propriam, non licet ei pro altero privato mori. Quia alias non diligeret proximum sicut seipsum, sed plusquam seipsum. Porro amicus pro amico mori potest. Quia amicitia est maximum bonum, de qua Dominus *Ioa. 5. dixit: Maiorem charitatem, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Requiritur vero ut aliqua specialis ratio intendat, scilicet ostendere amico debitum amicitiae officium gratificari ei beneficia, alicui utilitati communi providere. Quia tunc non amas proximum plus quam te, sed opus virtutis praeter vitam diligis. Secus autem quoties nulla specialis ratio adest exponendi vitam propriam, nisi alienae conservatio, ut contingit, cum illam quis exponeret pro extraneo nec ei amico, nec benefactore, nec specialiter Reipublice necessario. Tunc enim contra sui ipsius charitatem delinqueret: quod peccatum tantummodo veniale esse crediderim. Quia licet charitas obliget prius amare seipsum, quam proximum in necessitate aequali etiam temporalis, non tamen sub gravi obligatione hunc ordinem imponit, sed sub levi. Unde non esset mortale, sed solum veniale mortem appetere, & vitam propriam pro praeterita vita proximi extranei conservanda. *Soar. de Charit. d. 9. sect. 3. num. 3. & 7. Palao tractat. 6. de Charitat. d. 1. punct. 8. numero 5. & 7.*

30
Licetum est
probabili
mortis pe-
riculo expo-
ni, pro certo
proximi vi-
tando.

Licetum est probabili periculo mortis propriam vitam exponere ad mortem certam certam proximi impediendam. Quia certa alterius mors maius malum est, quam probabile mortis periculum: & consequenter maius bonum est vitare alterius certo conservanda, quam propria non certo amittenda. Unde sequitur licere tempore pestis, vel similis morbi egrotis inferuire, &c. *Fill. tr. 28. n. 33. Az. 10. 2. l. 12. c. 4. q. 4.*

31
Quid cum
Rege, vel
Communi-
tate gerere
liceat.

Quando proximus est persona publica, ut Rex, vel Communitas, teneris personam publicam, vel communitatem tibi praeferre. Quia bonum commune est bonum totius, & particulari praepoderat. Sic naturaliter quis brachium exponit vulnere, ne caput deperat. *Az. 10. 2. l. 12. c. 4. q. 4. Fill. tr. 28. n. 38. Sylvest. v. Eleemosyna, n. 2.*

32
Teneris in
spirituali-
bus magis
proximo
subvenire,
quam tibi
in tempora-
riis.

Quisque tenetur, in bonis spiritualibus magis proximo subvenire, quam sibi in temporariis, si proximus constitutus in extrema necessitate spirituali sit. Quia charitas magis inclinat ad amanda spiritualia, quam temporaria bona. *D. Tho. 2. 2. q. 26. a. 3. Soar. de Charit. d. 9. sect. 2. n. 2. Bonac. de Charit. d. 3. q. 4. punct. 4. n. 2. Palao de Charitat. tract. 6. d. 1. punct. 6. num. 3. citans alios.*

33
Extra ex-
tremam ne-
cessitatem

Extra extremam necessitatem spiritualement proximi non tenetur particularis quisque ex charitate ei subvenire cum vitae periculo, aut notabili fama, aut facultatum damno. Quia

magnam ius à natura tributum est ad servandam vitam propriam, famam, & facultates: unde non est credibile, homines cum tanto gratitudine obligari, dum proximus extrema necessitate non laborat. *Valen. p. 3. d. 3. q. 4. pun. 3. Navar. sum. c. 24. n. 12. Soar. de Charit. d. 9. sect. 1. lo. vitz, fam. num. 4. Palao de Charit. d. 1. pun. 9. n. 9. Villal. ma. 6. fa. p. 2. tr. 3. diff. 7. n. 7. ex D. Th. 2. 2. q. 26. a. 5.*

Quando nullum est vitae periculum, nec aliterius detrimenti, qui potest necessitati proximi succurrere, proculdubio tenetur ex charitate. *Mat. 22. Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Quia quisque tenetur propriae animae subvenire, ergo etiam animae alterius. Unde nemo tenetur cum periculo vitae succurrere existentem in periculo delinquenti, etiam remedium spe. Quia talis potest non peccare si velit. *Fill. tr. 28. n. 37. Villal. p. 2. sum. tr. 3. diff. 7. n. 11.*

Extra extremam necessitatem, si gravis sit, iis, quibus ex officio incumbit cura alienae salutis, tenentur eam procurare, etiam cum vitae periculo. Quia iis strictius obligantur, cum sit pendium à subditis recipiant: alij in extrema cum periculo vitae obligantur. Ergo iis in gravi. *Ioa. 10. Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis. Fill. tr. 28. n. 36. Bonac. de Char. d. 3. q. 4. punct. 4. num. 5. Palao tr. 6. de Charit. d. 1. pun. 9. n. 12. Soar. de Charit. d. 9. sect. 1. n. 4. Villal. p. 2. tr. 3. diff. 7. n. 7.*

Inter proximos alij aliis magis ex charitate sunt diligendi, cum inter nos, tum externo affectu. Quia cum duo sint principia dilectionis, unum ipse diligens alterum Deus, quod est formale Charitatis obiectum: quo magis aliqua erunt propinquiora iis principijs, erunt etiam magis diligenda. Constat autem quosdam proximos esse magis ipsi diligenti coniunctos, v. g. pater, mater: & quosdam magis cum Deo per gratiam coniunctos, quia sanctiores. *D. Th. 2. 2. q. 26. a. 6. Palao de Charit. tr. 6. d. 1. punct. 10. num. 1. Soar. de Charit. d. 9. sect. 4. n. 2. Bonacin. de Charit. d. 3. q. 4. punct. 5.*

Ceteris paribus: maior necessitas sanctitati, ac coniunctioni absolute est praefrendenda. Quia huius praeccepti obligatio ex proximi necessitate pendet: Ergo ubi maior necessitas maior obligatio. Unde magis subveniendum est patienti spirituale necessitate, quam corporalem. Etsi necessitas sit maior in extraneo, quam in coniuncto, magis subveniendum est illi, quam huic, nisi tantus esset coniunctionis excessus, ut exiguum necessitatem compensaret. *Fillius. tract. 28. num. 40.*

Si par sit necessitas, & unus sit alio sanctior: hic est minus sancto praefrendendus, ceteris paribus: si nimirum, vel ambo sint extranei, vel ambo eadem coniunctionis specie coniuncti. Quia ibi sunt duae rationes dilectionis, necessitas, ac maior sanctitas: ergo maior dilectio erit exhibenda. Quod si necessitas par sit, & unus sit extraneus, sed minus bonus: praefrendendus est sanctiori maiori coniunctioni, ceteris paribus. *D. Thom. 2. 2. q. 26. a. 6. quaestione vigesima sexta, articulo septimo. Fillius tract. 28. n. 41.*

Maior sanctitas ex obiecto praefrendenda est, etiam si maior coniunctioni, ceteris paribus. Quod ita intelligendum est, ut sanctiori debeamus velle maius

maius bonum, seu complacere magis de illo, quia est magis cum Deo coniunctus qui est Charitatis obiectum. Quia vero consanguineus, (verbi gratia,) habet minorem gratiam, ideo minus complacere debemus de eo hoc ipso, quia est minus coniunctus cum Deo, unde hac maior dilectio sumitur. Ex parte autem diligentis maior coniunctio præferri maiori sanctitati potest. Quia etsi minus bonum debeamus minus sanctis velle ex parte obiecti, ut vidimus, tamen id possumus velle coniuncto vehementiori affectu D. Th. 2. 2. q. 26. ar. 8. Filliac. tr. 28. n. 42. Azor. tom. 1. libr. 12. capit. 4. quæstion. 1.

Quoad debita coniunctioni, præferendus est sanctiori coniunctior: quoad debita vero bona sanctitati, sanctior coniunctiori est præferendus. Quia coniunctiores nobis non debemus in omnibus diligere, sed in iis tantum, in quibus sunt propinquiore, verbi gratia, in iis, quæ pertinent ad naturam, ut quod sint magis sani, diutius vivant, relinquunt liberos, &c. Sanctiores autem debemus magis diligere in iis, in quibus sunt Deo propinquiore, ut quod uberiori gloriam mereantur, honoratiores sint in Ecclesia, plus in proximis fructificent, &c. similia. Filliac. tr. 28. n. 44.

Enim vero coniunctio spiritualis, ex obiecto ceteris præferenda est. Quia magis refertur ad Deum, qui est Charitatis obiectum, & magis ad Charitatem spectat. Unde ampliora bona spiritualia debemus velle parentibus, ac filiis spiritualibus, quam carnalibus. At ex parte diligentis coniunctio naturalis, seu carnalis, absolute loquendo, ceteris præferenda est. Quia in natura fundatur, & consequenter firmiter existit; coniunctio autem spiritualis, cum fundetur in gratia, quæ facile amitti potest per delicta, non est ita firma. Unde magis subueniendum est patri carnali, quam spirituali. Quia a patre habuimus maximum, ac præcipuum beneficium; eodemque modo magis filio carnali, quam spirituali; quia filius est aliquid patris, & vnio filij carnalis magis est firma. Filliac. tr. 28. n. 45. ex D. Th. 2. 2. q. 26. n. 8.

Inter personas eiusdem coniunctionis generaliter loquendo, ille sunt præferende, quæ sunt amanti magis coniunctæ: verbi gratia, in coniunctione naturali consanguinei præficienti sunt affinitibus. Inter consanguineos pater primum, deinde mater, tum filius, filia, frater, soror, &c. In coniunctione spirituali pater, ac filius ceteris. In humana amicis coniunctior, ac fidelior est præferendus. Loquendo tamen in particulari pater absolute plus diligendus, quàm filius; & in necessitate magis ad illum tenetur quis, quam ad filium. Quia patres magis Deo assimilantur, cum parentibus post Deum debemus quod sumus, & viuamus. Extra necessitatem vero magis debet quis procurare bonum filij, quam parentis. Quia naturæ iure, filio proindubia à patre debetur. Pater præferendus est matri. Quia est generationis principium magis quam mater. Si tamen mater patre esset melior, vel magis egeret, vel plura beneficia contulisset, quam pater: deberet aliquando patri præferri. Parentes ex obiecto plus diligendi sunt, quam vxor. Quia parentes sunt Deo similiores, & ab illis maiora bona, quam ab vxore recipiuntur: ideo teneris eos plus honorare, Eschob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI.

& necessitate affectis magis succurrere. D. Th. 2. 2. q. 26. n. 9. Filliac. tr. 28. n. 48. Trul. 1. Decal. c. 5. dub. 6. n. 21.

Beneficia conferens magis est diligendus, quam is, in quem beneficia conferuntur. Quia conferens beneficia est similis parenti, qui autem beneficium recipit, similis filio. D. Th. 2. 2. q. 26. n. 12. Filliac. tr. 28. n. 52.

Ordo Charitatis in ordine ad proximum, ita ut prius alij quam alij diligantur, & præferantur, non obligat, nisi in extrema necessitate saltem sub mortali: vel in grauissima, ut alij docent. Quia aliter non est valde graue præfatum ordinem non seruare. Unde si cognatus in grauissima, vel extrema necessitate non existit, mortale non est, alteri prius, quam illi succurrere. Certe in reliquis comparationibus facile colligi poterit, quale peccatum sit, illum ordinem subnecere. Bannes 2. 2. q. 26. n. 8. Led. tr. 3. de Charit. c. 3. concl. 24. Trul. 1. Dec. c. 5. d. 6. num. 24.

42
Magis est diligendus conferens beneficium, quam accipiens.

43
Ordo hic dilectionis maioris solum in necessitate sub mortali obligat extreme.



CAPVT VI.

De Misericordia operibus.

Misericordia est aliena miseria in corde nostro compassio, quam vtique si possumus subleuare debemus. Est virtus moralis. Quia est habitus rectæ rationi consentaneus, quo alterius subleuamus indigentiam. Non tamen est pars, vel species iustitiæ, sed filia Charitatis. Quia est gratuita sicut Charitas. Virtus autem est à charitate distincta. Quia charitas Deum immediate respicit, misericordia vero proximi miseriā. Est omnium virtutum moralium excellētiore, earū scilicet, quæ ad proximum ordinantur. Quia est quidam charitatis actus nō elicitus, sed imperatus, seu affectus, maxime ei coniunctus, ob idque dicitur filia charitatis. At Religio excellētiore est Misericordia, quia Religio aliquo modo Deum respicit, nepe diuinū cultū. Misericordia vero proximi miseriā. Possunt tamē aliquādo opera misericordiæ Deo esse gratiora magis quam exteriores Religionis actus iuxta illud Os. 5. Misericordiam volo, & non sacrificium D. Th. 2. 2. q. 26. n. 4.

44
Quænam virtus sit Misericordia.

Quatuordecim sunt misericordiæ opera, scilicet: prem spiritualia, corporalia totidē. Spiritualia hæc sunt: Docere ignorantem, dubitanti. cōsulare, conolari tristem, corrigere peccantem, offendenti remitterenoxam, onerosos portare, id est, patienter iniurias ferre, & pro omnibus exorare. Hoc versiculo continentur.

45
Quatuordecim sunt misericordiæ opera.

Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora. Quæ ideo spiritualia dicuntur, quia ad spiritualem animi salutem ordinantur. Corporalia sunt hæc: Pascere esurientem, sitientem potare, nudum vestire, recolligere hospitem, infirmum inuisere; captiuum redimere, & sepulchro functum vira amandare. Hoc versiculo indicantur.

Visto, potos, cibo, redimo, rego, colligo, condo. Quæ ideo corporalia dicuntur, quia ad miseriā corporis subleuandam ordinantur. Porro ex his spiritualia simpliciter excellētiore

L 2 lentiora

OP. AR
Mor.
VI. VII.
IV